



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 18. Charobertus declaratur Hungariæ Rex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. goniam: & hoc debitum excurrebat  
A.C. 1302 ad trecenta sexaginta sex millia uncianarum auri: quorum tertiae partis sive  
centum viginti duorum millium condonationem a Papa obtinuit, gratique am-  
mi testimonium eidem dedit 21. Iulii.

in moribus illis  
-no- ba §. XVIII.

*Charobertus declaratur Hungaria*

-micos Legit. Rex.

Papa Pictavii etiam diploma edidit, per  
quod Charoberto nepoti Caroli Clau-  
di regnum Hungaricum confirmabat con-  
tra postulationes Ottonis Ducis Bava-  
riæ. Ibi Clemens referat acta sub Boni-  
Sup. lib. 90. facio VIII, ratamque habet sententiam.  
§. 10. 24.

qua is possessionem regni adjudicave-  
rat Reginæ Mariæ Hungaricæ Caroli  
Claudi conjugi, & Charoberto eorum ne-  
poti. Papa Bonifacio & Wenceslao Bo-  
hemicæ Rege Charoberti competitor  
mortuis, quidam Hungari acerbitum

Ottonem Bavariæ Ducem anno 1303 in  
urbe Alba Regali per Benedictum Ve-  
sprinii, & Antonium Canadiæ Episcopos

Rayn. n. 19. coronari curaverant. Idcirco Papa Cle-  
mens in eodem diplomate Hungari  
censuras severissimas minitatur, nisi deli-  
stant ab omni molimine in gratiam Ot-  
tonis contra Charobertum & Mariam

sulce-

§. 10. Thu-  
rocz. c. 87.

20.

suscepto: Ottoni sub iisdem poenis in Sæcul. XIV.  
terdicit, ne se dicat Regem Hungariæ, A.C. 1307.  
vel hoc regnum occupet: atque si quod  
jus ad istud sibi asserat, Papa ei spatium  
anni præstituit, intra quod illud apostoli-  
cæ Sedi probet, postea non audiendus.  
Dabat 10 Aug. 1307, & in Hun- n. 26.  
garia promulgandum Archiepiscopo Stri-  
goniensi ac Episcopo Colociano mitte-  
bat cum mandato, ut ad summum tribu-  
nal citarent Antonium Episcopum Ca-  
nadiensem de imposita Ottoni corona-  
rationem redditurum. Denique ut præ-  
staretur sibi obedientia, & Hungaria pa-  
caretur, Gentilem Monfloridum Cardi-  
nalem Presbyterum de S. Martino ad  
montes illuc Legatum amplissima cum  
potestate misit.

Hæc sunt, quæ Carolus Cladius Pi-  
tavii pro Charoberto nepote suo impe-  
travit: estque credibile, illius precibus  
tribuendum esse, quod in miracula Lu-  
dovici Tolosani Episcopi, quo idem filio  
gaudebat, inquiri jusserit Clemens. Jam  
tempore Bonifacii VIII copta erant quæ-  
dam studia eo adhiberi, ut illius Prin-  
cipis memoria solenni ritu consecrare-  
tur. Sed cum eorum cursum stitisset  
Papæ obitus, Arelatis, Ebreduni, Aqua-  
rumque Sextiarum Archiepiscopi cum  
Suffraganeis suis & urbe Massilia Pa- Rayn. n. 23.  
pæ Clementi V exposuere, præter vir-

R r 4 tutes

Sæcul. XIV.

A C 1307

tutes a sancto Fræsule vivo exercitatis facta esse ac fieri continenter miracula ad sepulchrum ejus: & Papa Guidoni Santonarum, ac Raymundo Lectoræ Episcopis 3 Aug. 1307 mandatum dedit, ut Ludovici vitam & miracula investigarent.

## §. XIX.

*Equites Templarii capiuntur.*

*Cont. Nang.* Res maxima, quæ in congressu Pictaviensi tractabatur, ac præcipuam ei  
tom. II.

*Spicil. p. 624* materiam præbebat, fuit causa Templariorum.

*Sup. l. 72.*

*s. 44.*

*L. 79. §. 49.*

*J. 83. §. 18.*

*L. 84. §. 54.*

In pluribus historiæ hujus locis vidimus eorum Ordinem a longo tempore flagrasse infamia ob malam fidem suam, disciplinæ impatientiam, & abusum privilegiorum suorum. Illud proverbium: More Templariorum bibere, quod post tantum temporis etiamnum in sermone teritur, indicio est, qualis eorum fama hac in re fuerit.

Occasio in eos inquirendi duobus narratur modis, quorum verisimilior mihi videtur iste. In arce regia dicece-  
*Baluz. vit.* seos Tolosanæ quidam Squinus de Flo-  
*to. I. p. 99.* riano dictus civis Bliterensis. & unus  
*696.* Eques Templarius desertor religionis ob sua crimina eidem carceri munito inclusi fuerant. Propter conscientiæ con-  
victi suam desperantes vitam alter alteri noxas suas confitebantur: ut tunc fa-  
ciebant